LIBELLUS PROCESSIONALIS R. ECCLESIAE COLURNENSIS S. LIBORII PRO...

Digitized by Google

42
4 I
5

zed by Google

LIBELLUS
PROCESSIONALIS
R. ECCLESIAE COLURNENSIS
S. LIBORII
PRO
BENEDICTIONE AGRORUM
CUM MISSIS FERIALIBUS
IN CANTU
PRO DIEBUS ROGATIONUM

PARMÆ.
EX TYPOGRAPHIA
FRATRUM GOZZI
MDCCIC.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TITULORUM
QUI IN HOC LIBELLO
PROCESSIONALI
CONTINENTUR.

In Festo S. Marci ad Processionem, & Benedictionem Agri &c. fol. 3.

Benedictio Agri, vel Vineæ. 5.

Rubrica pro Fer. II. Rogationum. 26.

Rubrica pro Fer. III. Rogation. 26.

Rubrica pro Fer. IV. Rogation. 27.

Missa ferialis in cantu pro Fer. II. &. III. Rogationum. 31.

Missa ferialis in cantu de Vigilia Ascensionis pro Feria IV. Rogationum. 39.

Kyrie, Sanctus, Agnus Dei feriales in cantu pro tribus diebus Rogationum. 47.

Digitized by Google

Digitized by Google

ORDO

BENEDICENDI AGROS
VEL VINEAS

JUXTA RITUM

REGALIS ECCLESIÆ COLURNENSIS

S. LIBORII

IN FESTO S. MARCI

ET IN TRIBUS DIEBUS

ROGATIONUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN FESTO S. MARCI

AD PROCESSIONEM ET BENEDICTIONEM AGRI VEL VINEAE.

Summo mane, finita Prima, Sacerdos hebdomadarius indutus Alba, Stola, et Cappa serica violacei coloris, procedat ad Altare, et stet sicut in Dominicis ad aspersionem Aquæ benedictæ. Tunc Cantor incipiat Antiphonam Exurge, *quam Chorus prosequatur. Post repetitionem vero Antiphonæ Sacerdos dicat:*

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, alleluja.

℟. Et salutare tuum da nobis, alleluja.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Digitized by Google

Oremus.

Parce, Domine, parce populo tuo: ut dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratione finita, Cantores, versis vultibus ad Altare cantent Litanias eodem modo, quo notatum est in Sabbato sancto, Choro eadem voce respondente. Interim Sacerdos accipiat ex Altari Capsulam Reliquiarum, et stet in supremo gradu Altaris verso vultu ad populum, usque dum cantatum fuerit Sancta Maria. *Tunc præcedentibus Acolytho cum Aqua benedicta, quam procedendo aspergat, et post eum Ceroferariis, et Cruciferario in superpelliceis, Fratres ordinatim egrediantur e Choro, et ultimo loco Sacerdos cum Reli-*

Digitized by Google

quiis procedat, stantibus hinc inde duobus Acolythis cum intortitiis accensis, quousque ventum fuerit ad locum Stationis, ubi, dimissis Litaniis, deponat super aliquam Credentiam paratam Capsulam Reliquiarum, et statim incipiat sequentem Benedictionem.

BENEDICTIO AGRI VEL VINEÆ

℣. Adjutorium nostrum in nomine Dñi.

℟. Qui fecit Cœlum, et terram.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos, Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam tui Sanctissimi Nominis libera nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Digitized by Google

℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Salvum fac populum tuum, Domine.

℟. Et benedic hæreditati tuæ.

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.


℟. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Quibus finitis, Cantor incipiat

RESPONSORIUM S. VINCENTII FERRERII.



O Lumen Hespe ri æ nova




lux I taliæ decus & gloria



Urbis Valenti næ ad Te cœci
ad Te claudi mortui quo que
& infirmi currunt & obediunt
mors & pericula: * Sentit a er
imbres cedunt cedit pe stis
ignis cedit mare flumen &



Digitized by Google










Postea Cantor statim incipiat sequentem Antiph. quam Chorus proſequatur.


Antiphona.






Digitized by Google







Qua cantata, Sacerdos stans dicat.

℣. Ora pro nobis, Beate Vincenti, Alleluja.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, Alleluja.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Digitized by Google

Oremus.

Omnipotens, sempiterne Deus, æterni Imperii Rex, qui das escam omni carni, qui operis Cœlum nubibus, & paras terræ pluviam; qui mandas nubibus desuper, & januas Cœli aperis, qui transfers Austrum de Cœlo, & inducis in virtute tua Africum; qui rigas montes de superioribus tuis, & de fructu operum tuorum satiatur terra, qui Angelo præcepisti, ne terræ, mari, neque arboribus noceret; parce, Domine, metuentibus, & propitiare supplicantibus; Te enim, Domine, supplices exoramus per intercessionem, & merita Sancti Vincentii Ferrerii Confessoris tui, ut procul absit ab his agris (*vel* vinea, *vel* viridario) incursio turbinum, calamitas tempestatum,

Digitized by Google

fragor grandinum, percussio fulminum, & quælibet insidia inimici. Temperentur infesta tonitrua, noxiæ pluviæ, ventorumque flamma fiat moderatè suspensa; omnis quoque spiritus procellarum, & aëreæ potestates virtute potentissimæ dexteræ tuæ prosternantur. Descendat, quæsumus Domine, super hos campos (*vel* vineam, *vel* viridarium) Spiritus Sanctus, & sicut Samueli cornigerum agnum in holocaustum tuum mactanti fragor aurarum turbam repulit adversantem, ita fugatis omnibus contrariæ potestatis virtutibus, mentes, & corpora fidelium, frugesque manus servet Angelica protectione superna; & post sopitos nubium impetus, in laudis, & devotionis, ac spiritualis amoris augmentum transeat comminatio potestatis.

Digitized by Google

OREMUS.

Omnipotens, sempiterne Deus, arbiter Throni, qui molem terræ ex nihilo pendentem gubernas, & ad victum humani generis, corporisque sustentationem, agros operibus excolere jussisti, misericordiam tuam, meritis, & intercessione Sancti Vincentii Ferrerii Confessoris tui, supplices exoramus, ut quidquid in his agris (*vel* vinea, *vel* viridario) satum, atque plantatum est, & in posterum seretur, atque plantabitur, respectu tuæ clementiæ respicias, & aëris temperiem moderare digneris, ut resecato, atque absorpto omnium tribulorum, spinarum, atque grandinum' & tempestatum squalore, efficias fruges fœcundas, & ad maturitatem perfectam

Digitized by Google

tribuas pervenire, ut nos famuli tui uberem donorum tuorum fructum cum gratiarum actione percipientes, debitas, atque acceptas Nomini Sancto tuo laudes referre mereamur.

OREMUS.

Te, Domine, petimus, ac meritis, & intercessione Sancti Vincentii Ferrerii Confessoris tui, rogamus, ut hos agros, (*vel* vineam, *vel* viridarium) frugesque seminum cujuscumque generis, ex eis (*vel* ea, *vel* eo) procedentes, tuis oculis serenis, hilarique vultu respicere digneris; sicut enim locutus es Moysi famulo tuo in terra Ægypti, dicens: Dic filiis Israel, cum ingressi fuerint terram promissionis, quam eis daturus sum, ut primitias frugum offerant Sacerdotibus, & erunt

Digitized by Google

benedictæ fruges; ita & nos oramus te, Domine, ut auxilium gratiæ tuæ super nos, & agros istos (*vel* vineam istam, *vel* viridarium istud) fructuſque ex eis (*vel* ea, *vel* eo) procedentes, rorem tuæ benedictionis infundas, ut non grando surripiat, non turbo subvertat, nec vis tempestatis detruncet, nec aeris serenitas exurat, non inundatio pluvialis exterminet, sed incolumes, & superabundantes, propter usum hominum, ad plenissimam maturitatem perducere digneris.

OREMUS.

Deus, qui gentium multitudinem mira Beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti; præsta, quæsu-

Digitized by Google

mus, ut, quem venturum Judicem nunciavit in terris, præmiatorem habere mereamur in Cœlis, Jesum Christum Dominum nostrum, qui tecum vivit, & regnat &c. ℟. Amen.


Orationibus completis, Sacerdos benedicat Agros Aqua benedicta dicens:

Per merita, & intercessionem Sancti Vincentii Ferrerii dignare, omnipotens, & misericors Deus, benedicere, præservare, conservare, & a grandine, turbine, fulgure, & tempestate liberare agros istos, cum omnibus fructibus eorum, & omnes habitantes in eis. In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.


Cantor incipiat immediate Canticum Benedicite, *cui addatur in fine* Gloria.

Digitized by Google


Canticum Benedicite.



Be ne dicite omnia opera Do



mini Domino: * laudate, & su



perexaltate eum in sæ cu la.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: * benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino:* benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino:* benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino:* benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: * benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.

Digitized by Google

Benedicite cete & omnia, quæ moventur in aquis, Domino: * benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, & animæ justorum Domino: * benedicite sancti & humiles corde Domino.

BenediciteAnanía, Azaría, Misael Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu: * laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Digitized by Google


Benedictus es Domine in firmamento cœli, * & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui Sancto.


Sicut erat in principio, & nunc & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finito Cantico, Cantor ſtatim incipiat Antiphonam ſequentem, ad quam omnes genua flectant.

ANTIPHONA.



Sub tuum præſidium confugimus



San cta Dei Ge nitrix noſtras de

Digitized by Google



Qua finita, omnes se erigant, et tunc Sacerdos dicat:

℣. Post partum, Virgo, inviolata permansisti. Alleluja. ℟. Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluja.

Digitized by Google

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat,

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Plebs tua, Domine, capiat sacræ Benedictionis augmentum, & meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, & intercessione, copiosis beneficiorum tuorum sublevetur auxiliis, quæ tantis intercessionum deprecationibus adjuvatur. Per Jesum Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Sacerdos, dicto Benedicamus Domino, *et responso* Deo gratias, *accipiat e Credentia Capsulam Reliquiarum, et cum ea benedicat Agros dicens.*

Digitized by Google

Per merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & beati Vincentii Ferrerii, & omnium Sanctorum, Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ et Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super nos, & maneat semper.

℟. Amen.

Completa Benedictione, et resumptis Litaniis per Cantores, omnes eodem ordine, quo prius, processionaliter procedant versus Ecclesiam, ubi Processio terminari debet: quam ingressi complent Litanias. Interim Sacerdos reponat super Altare Capsulam Reliquiarum, stantibus ad gradus Acolythis cum intortitiis accensis usque ad finem; et Litaniis completis Sacerdos stans dicat alta voce Pater noster, *quod et omnes prosequantur sub silentio; et eo finito subjungat:*

Digitized by Google

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Deinde, absque Dominus vobiscum, *dicat sequentes Orationes.*

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis salute gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Digitized by Google

Alia Oratio.

Parce, Domine, parce populo tuo, ut dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Responso a Choro Amen, *Sacerdos reverenter reponat suo loco, ut prius, Capsulam Reliquiarum, quæ tota hac die maneat exposita super altare, duobus luminibus hinc inde ardentibus: Deinde ad Sacristiam, Acolythis præcedentibus, revertatur.*

Hodie Missa ferialis non cantatur.

Digitized by Google

FERIA II. ROGATIONUM.

Omnia fiant, ut in festo S. Marci ad Processionem, et Benedictionem in loco Stationis. Absoluta vero Processione canitur Missa ferialis Rogationum in Ecclesia, ad quam terminat Processio.

FERIA III. ROGATIONUM.

Omnia fiant, ut in festo S. Marci ad Processionem. Cum autem ventum fuerit ad Capellulam S. P. Dominici, dimittuntur Litaniæ, et ibi canitur Missa ferialis Rogationum, qua finita, resumuntur Litaniæ, usque ad locum Stationis, in quo, iterum dimissis Litaniis, fit Benedictio Agrorum, ut in festo S. Marci; eaque finita, et resumptis Litaniis,

Digitized by Google

omnes eodem ordine procedunt ad Ecclesiam, ubi Processio incepit.

FERIA IV. ROGATIONUM.

Omnia fiant, ut in festo S. Marci ad Processionem. Cum autem ventum fuerit ad Capellulam S. Bernardi, dimittuntur Litaniæ, et ibi cantatur Missa de Vigilia Ascensionis: qua finita, resumuntur Litaniæ usque ad locum Stationis; ubi, iterum dimissis Litaniis, fit Benedictio Agrorum, ut supra in festo S. Marci; qua completa, et resumptis Litaniis, omnes processionaliter, et eodem ordine procedunt ad Ecclesiam, ubi Processio incepit.

Digitized by Google

Digitized by Google

MISSA

IN FERIA II. ET III. ROGATIONUM.

KYRIE

CUM RELIQUIS REQUIRE PAG. 47.

Digitized by Google

Digitized by Google


OFFICIUM.



Digitized by Google



Digitized by Google


Al leluja.
Confite mini Do mino
quoniam bo nus quoniam
in sæ culum
mi sericor di a e
jus.


OFFER. Confite bor Domino ni
mis in o re me o
& in medi o multo rum lau
dabo e um quia a stitit
a de xtris pau peris
ut sal vam fa ceret


a persequen tibus
a nimam me am.
Al le lu ja.
COMM. Pe ti te & ac ci pi
e tis quæ rite & invenie
tis pul sa


te & ape ri e tur vo bis
o mnis e nim qui petit ac
cipit & qui querit in
venit & pulsan
ti ape ri e tur.
Al le lu ja.

MISSA

DE VIGILIA

ASCENSIONIS

CANENDA

IN FERIA IV. ROGATIONUM

AD PROCESSIONEM.

KYRIE

CUM RELIQUIS REQUIRE PAG. 47.

Digitized by Google

Digitized by Google

OFFICIUM.


O mnes gen tes
plaudite ma nibus jubi la
te De o in voce e
xul tati o nis. Alle
luja Alle lu ja. Psal.


Sub je cit po pulos no bis
& gen tes sub pe dibus no
stris. Glo ri a.
Al le lu ja. Exi
vi a Pa tre & ve
ni in mundum i


terum re lin quo
mun dum & va do ad Pa
trem. Al le lu ja.
OFFER. A scen dit De
us in ju bi la
ti o ne & Do



Digitized by Google


nunc au tem ad te ve
nio non ro go ut tol
las e os de mun do
sed ut ser ves e os a ma lo.
Al le lu ja Al le
luja.

Digitized by Google

KYRIE

SANCTUS AGNUS DEI

PRO MISSIS FERIALIBUS

IN DIEBUS

ROGATIONUM

CANENDA.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google


Sanctus Sanctus Sanctus. Do
minus Deus Sa baoth. Pleni
sunt Cœli & terra glori a tu a
Hosanna in excelsis. Benedi
ctus qui venit in no mine Do
mini Hosanna in excelsis.



HAG 2012S25
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Hist. 2. 6. 20

Digitized by Google

Googl

Digitized by Google

Digitized by Google